



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 13. Maduani Ducis reconciliato cum Henrico IV. Franciæ Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

resim suam ejurabat: juvenis vero Prin- Sæcul. XVI.
A.C. 1596.
ceps ejus Filius, cuius juventutem re-
gendam Rex Marchioni Pisano dederat,
Nicolao Fabro probatæ pietatis, ac
conscientiæ Viro Catholicæ fidei præ-
ceptis imbuendus tradebatur, sub cuius
disciplina in Religionis negotio tanto-
pere profecit, ut paucis post annis cum
quovis Calviniano Doctore in arenam
descendere auderet, ac deinceps sem-
per validum Catholicæ Religionis ful-
crum esset.

§. XIII.

Maduani Ducis reconciliatio cum Hen- rico IV. Franciæ Rege.

Prospero hoc successu lætissimus Rex Spond. n. 9.
Thuan.
unice eo intentus erat, ut Ecclesiæ l. 115.
Daniel hoc
anno l.c.
Catholicæ reconciliatus, etiam solium, auctoritatemque suam firmaret, ac po-
pulo suo tranquillitatem tamdiu exop-
tata reddebat. Hanc ob rem hostes
suos aut clementiæ via, aut armorum
potentia ad officium revocare statuit:
cum autem potentissimus adversæ fa-
ctionis Princeps esset Maduanus Dux,
hinc Rex cum illo pacem, cui jam an-
no priori trium Mensium induciis præ-
lusum erat, præprimis juncta Petri
Janini Divionanensis Præsidis opera,
stabilire satagebat, veritus, ne Dux ad
desperationem redactus urbes, quas
adhuc

Sæcul. XVI. adhuc occupatas tenebat, Hispanis tra-
A.C. 1596. deret, quinimo ipsem Dux ad deme-
 rendam hanc gratiam sibi viam sterne-
 bat; cum enim ab omnibus ferme de-
 relictus esset, missis ad foederatos lite-
 ris hæc declarabat, „postquam Henri-
 cus solemni ritu fese Catholicæ Eccle-
 siæ aggregavit, caussa, ob quam in
 „eum arma sumpsi, haud ultra subsi-
 stente, illum tanquam Regem meum,
 „ac legitimum Successorem agnoscere
 „firmum, fixumque habeo: vos omnes
 „igitur hortor, ut pariter ad ipsius ob-
 sequium redeatis: ego autem vestro
 „nomine de pace cum Henrico agere
 „paratus sum. „ Ad hæc una omnes,
 excepto Mercuriano Duce, consen-
 sunt, ut Maduanus ipsorum caussam
 coram Rege ageret.

§. XIV.

*Reconciliationis articuli in Maduani
 Ducis favorem promulgati.*

*Daniel &
 Thu. l.c.*

Eapropter Ducis, Foederatorumque
 Deputatis cum Henrico agentibus
 tandem pax conclusa est, ac ipsem
 Rex Mens Januario edictum Folem-
 bræi conditum, ac triginta, & uno ar-
 ticulis absolutum in gratiam Maduani
 Ducis divulgari jussit sub hoc titulo:
*Regis edictum de articulis Maduano Duci
 concessis pro Regni tranquillitate.* Ex his
 articu-